

[20 séculiers diacres et 12 autres réguliers]. Prêtre le 8 juin 1754
[27 séculiers prêtres et 10 autres réguliers].

Que conclure de cette fastidieuse énumération ?

Sur quarante-sept religieux, il y en a trente-neuf dont nous connaissons par ailleurs la maison de profession (celle-ci n'étant jamais indiquée dans les registres d'ordinations que nous avons dépouillés à Paris). Sur ces trente-neuf religieux il y a dix-sept profès de Prémontré, huit de S. Martin-de-Laon, deux d'Hermières, et deux de S.-Jean-d'Amiens. Les abbayes suivantes sont représentées, chacune, par un religieux : Abbecourt, Chambrefontaine, Corneux, Clairefontaine-Villers-Cotterêts, Joyenval, Licques, Mont-Saint-Martin, Thenailles, Valsecret, Valsery. Donc uniquement des religieux de la Commune Observance. Mais en l'absence de registres continus d'ordinations, et en l'absence d'indications précises, on ne peut dire que ces religieux avaient fait toutes leurs études au collège de la rue Hautefeuille. D'autre part, il est possible, mais non certain, que la Réforme de Prémontré soit représentée, dans notre liste : le P. Louis Chevalier est peut-être un réformé de Normandie. En effet, le chapitre de la Réforme de 1763 autorise le diacre Louis Chevalier à recevoir le sacerdoce cette année-là (Arch. dép. Calvados, H 29 f° 822).

Ce qui est sûr, en tout cas, c'est que les religieux ordonnés à Paris furent souvent choisis comme supérieurs ou officiers de l'Ordre. Sur les quarante-sept religieux dont nous avons cité les noms, deux devinrent abbés réguliers (L'Ecuy, Simonet de Coulmiers), treize furent prieurs claustraux (Ballin, Batteux, Baude, Berthérand de Longpré, Delacourt, Destenay, J.-B. Duriez, Gollet, Guibert, Jonval, Legrand, Noël, Véron de Saint Julien) et le P. Etienne Vigor fut le dernier procureur général de l'Ordre avant la Révolution.

X. LAVAGNE D'ORTIGUE.

Confraternitates precum in abbazia Affligemiensi.

Extat, non ita longe a civitate Bruxellensi, in provincia Brabantiae (Belgium), inde saltem a finiente saeculo undecimo, celebre monasterium Affligemense (Affligem), ordinis Sancti Benedicti. His-

toriam, eventibus eximiis varii generis, repletam, nactum est monasterium illiud ¹⁾.

Recenter, C. COPPENS, O.S.B., monachus Affligemiensis, multiplicare coepit : *Fontes Affligemenses*. Quorum primus fasciculus, in Affligem editus, continet : *Liber Anniversariorum* (1426-1427) (pp. 50), introductione accurata praemissa a C. Coppens ; deinde, eodem editore : *Historia Affligemiensis* (1648-1670) (pp. 57) (Pretium : 80 fr.). In hac altera parte, agitur potissimum de iis quae abbatia Affligemiensis egit ut libera remaneret ab incorporatione archidioecesi Mechliniensi ; qui strenui conatus ad partem solummodo exitum pro monasterio foelicem obtinuerunt.

Sistere vellemus quodammodo fusius in prima parte, in qua exhibetur *Liber Anniversariorum* (1426-1427) monasterii. Eo quod in eo « libro » adsit specimen multarum precum associationum quae tunc in monasteriis O.S. Benedicti (et Ordinis nostri) existebant. Potissimum sub respectu precum pro defunctis monasteriorum associatorum.

Apud omnes in comperto est memoriam defunctorum antiquitus in monasteris maxime fuisse in honore. Et spectata fragilitate humana, religiosi, prae oculis habentes doctrinam genuine christianam de cura spirituali pro mortuis gerenda, noverant se posse ac debere pro defunctis confratribus et associatis preces et sacrificia, etiam communiter, Deo offerre. Iuxta mentem iam contentam in textu libri secundi Maccabaeorum : « Sancta ergo, et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur » (2 Mac. 12,46).

Varia ratione et intensitate coenobium Affligemense societates spirituales inierat. Erat fraternitas quae plena dicebatur. Pro hiis qui plenam societatem habent, quilibet sacerdos tenetur « ad tres missas ». Alii inferiorum ordinum tenebantur ad lectionem psalterii. Praeter eleemosynas fundendas, per tricenarium. — Pro iis qui semiplena societate coniuncti erant, quilibet sacerdos tenebatur ad unam missam. Coeteri ad lectionem L psalmorum. — Praeterea extabant officia semel in anno peragenda in conventu. Armarius curare debebat ut ea quae in hac materia statuta erant ad amussim observarentur.

Abbatia Affligemiensis, anno indicato (1426-1427), societatem spiritualem colebat cum 62 monasteriis. Maxima pars horum mo-

¹⁾ A. VAN ROY, O.S.B., *Affligem, roem van ons land*, Lovanii, 1953.

nasteriorum pertinebat ad ordinem S. Benedicti. Plura etiam monasteria O. Cisterciensis et Ordinis Praemonstratensis occurrunt in illo catalogo. Et quidem ratio secundum quam societas illa cum singulis monasteriis consociatis servari debebat determinate indicatur. Determinatur ulterius quomodo decessus religiosorum ipsius monasterii aliis nuntiari debet. Et quomodo rotulus defuncti confici debebat : « Cum autem nostri monasterii aliquis obierit vel conversus, armarius mox XX breviculos vel circiter scribi faciet ad prioratus et ad alias vicinas ecclesias conventuales destinandos, postmodum vero conficit rotulum et breviculos multo plures ad remotiores ecclesias transmittendos. Hoc enim observatur quod rotulus non mittitur nisi pro sacerdote monacho et professo. Nam licet dyaconus et alii inferiorum ordinum sint monachi et professi, et licet corpora conversorum apud nos decedencium cum abluta fuerint induantur staminea et cuculla et in breviculis conversi et monachi appellantur, pro eis tamen rotulus non emittitur. Neque pro non professis, qui non simpliciter monachi sed monachi ad succurrendum in breviculis appellantur. Et pro conversis quidem professis omnia fiunt que pro monachis fieri solent, excepto quod de rotulo superius est expressum. Horum igitur nomina pro quibus rotulus non defertur cum sacerdotum nominibus breviculis inseruntur, (si) ad hoc faciendum optulerit se facultas ».

Uti supra diximus 62 monasteria associata erant abbacie Affligemiensi confraternitas precum. Inter haec monasteria plura monasteria Praemonstratensia habentur. In specie : S. Nicolaus in Nemore ; St. Foillanus Rodiensis ; Diligemium ; Parcum ; Grimberga ; Ninovia ; Floreffia.

Inter monasteria pro quibus semel in anno fit officium, et e converso, ab ipsis pro monachis Affligemiensibus idem fit, occurrunt : 1. « Post Octavam Pasche, proxima feria vacante, pro fratribus Ninivensis ecclesie ». 2. « Post festum Penthecostes proxima feria pro fratribus de Sancto Foillano ». 3. « Post festum Sancti Mauricii pro fratribus monasterii de Parco ».

Inter monasteria pro quibus monachi de Affligem dicunt « singuli sacerdotes tres missas, clerici psalterium unum, layci et conversi C et L Pater Noster et vicissim ipsi pro nostris », occurrit : S. Petrus Grimbergensis.

Deinde, in documento publicato, fusius et praecise de singulis nonnullis monasteriis consociatis sermo fit, et de modo quo conso-

cietas in singulis casibus ordinata fuit. Haec dicuntur pro monasteriis Praemonstratensium consociatis :

« XXVI. De Sancto Foillano. Societas inter fratres de *Sancto Foillano* et nos hoc est : ut proxima feria vacante post Octavam Penthecostes, annuatim in utraque ecclesia, pro defunctis fratribus et familiaribus utriusque domus solemne officium celebretur et a singulis sacerdotibus, quibus speciales misse iniuncte non fuerint, missa defunctorum celebretur, ab aliis L psalmi, et layci tot Pater Noster ». — « XLI. Jettensis Ecclesie. Pro fratribus Ecclesie, quando aliquis eorum obierit et nobis nunciatum fuerit, VII plena pro illa persolvimus officia et XXX diebus memoriam ad missam, illis eandem vicissitudinem nobis servantibus ». — « XLIII. De Parco prope Lovanium. Societas ecclesie de Parco et ecclesie nostre hec est de consensu utriusque in perpetuum observanda et per ipsos confirmata : scilicet ut post festum Sancti Mauricii solemne agatur annuatim officium. Singuli sacerdotes unam missam celebrent, ceteri vero L psalmos dicant, Layci C Pater Noster. Collecta ad missam : Omnipotens et Quesumus ». — « XLV. Grimbergensium. De Grimbergensibus fratribus sicut de nostris fratribus per omnia officia agere tenemur, excepta prebenda et corporali disciplina et illi pro nostris fratribus similiter agere tenentur ». « XLVI. Nynivensium. Pro fratribus defunctis Nynivensibus solemne agere tenemur officium, proxima vacante feria post Octavam Pasche. Sacerdotes missam specialem dicent, alii L psalmos, layci centies Pater Noster, et eodem modo pro nobis agere tenentur annuatim ». — « XLVII. Floreffie. Pro fratribus de Floreffia, quando aliquis eorum obierit et hoc nobis nunciatum fuerit, missam unam solempniter celebrabimus in conventu cum vigiliis et oracionibus, et debemus eis septenarium et tricenarium. Et ipsi predicto modo obligantur nobis ».

Fasciculus alter seriei *Fontes Affligemenses* paulo post fasciculum primum prodiit. In quo fasciculo altero (1967) curante W. VERLEYEN, O.S.B., continentur : *Obituarium Fraxinense* (XIV-XV s.) (X + 111 pp.) ; *Mortuarium Affligemense* (XVIII s.) (VI + 57 pp.) (Pret. : 160 fr.). Cumque in his documentis antiquis agatur de Obituariis domuum O. S. Benedicti, cum quibus domus Ordinis nostri satis arcte iunctae erant, et in his fontibus nonnulla habentur quae vitam Ordinis nostri nonnihil illustrare nata sunt.

1. *Obituarium Fraxinense*. Agitur hic de Obituario prioratus

O.S.B. in Frasnes-lez-Gosselies ²⁾ ; quae domus inde ab a. 1099 ad monasterium Affligemense (Affligem) pertinuit ; donec a. 1578 definitive finem habuit. Obituarium huius domus, e saeculo decimo quarto-quinto, habet 3000 personas nominatas (notetur, comparationis gratia, Obituarium abbatae Bonae Spei in *Anal. Praem.*, XXXVI, 1960, editum, habere 2400 personas memoratas). Cum monasterio Fraxinensi, associatione spirituali, iunctae erant abbatae O. Praem. Grimbergensis, Parcensis et Ninoviensis. (Notat editor praesentis Obituarii Fraxinensis, in obituario Grimbergensi, occurrere nomina 400 monachorum Affligemensium).

In appendice Obituarii Fraxinensis, refertur modus secundum quem associatio illa spiritualis pro defunctis servabatur. Qui modus ita determinatus reperitur : I. « Hii sunt fratres pro quibus debemus singuli sacerdotes III missas, clerici psalterium, laici C et L pater-noster ». Inter hos fratres sub n° 9 : « pro fratribus de Grenbergis ».

—In altera serie dicitur : « Hi sunt pro quibus debemus officium semel in anno et quilibet sacerdos missam : ... 19. Pro fratribus de Parco post festum Sancti Mauricii. — 21. Pro Ninivensibus quod est Praemonstratensibus, proxima feria vacante post octavam Pasche ».

2. *Mortuarium Affligemense* (saec. XVIII). Ex variis indiciis patet abbatiam O.S.B. in Affligem et abbatiam O. Praem. in Ninove relationes vivaces ad invicem fovisse. Quod praesenti Mortuario eminenter probatur. Videmus enim Mortuarium istud (personas continens inde ab a. 1681 usque ad perturbationem Gallicam) inceptum fuisse cum associatio spiritualis inter Affligem et Ninove renovatum fuerit. Ex sua parte versus a. 1700, abbatia Ninivensis necrologio suo antiquo substituit mortuarium quoddam abbreviatum, quod praeter confratres propriae suae canoniae, monachos Affligemenses defunctos inde ab anno 1681 refert. Insuper nomina nonnulla refert personarum quae ex una parte communitatem Affligemensem, perturbatione Gallica absoluta, tandem instaurare potuerunt in oppido Teneremundano ; et ex alia parte personarum abbatae Ninovensis, qui obierunt quin vitam regularem instaurare potuerint in abbatia antea sibi ablata a potestate civili.

Mortuarium istud refert nomina 530 personarum ; 120 ex his sunt canonici Ninovienses. Per transennam hoc notari potest : No-

²⁾ U. BERLIÈRE, O.S.B., *Prieuré de Frasnes-lez-Gosselies*, in *Monasticon Belge. Province de Hainaut*, t. I, Brugis, 1890, pp. 298-302.

tum est abbatiam O.S.B. Affligemensem incorporatam fuisse sedi archiepiscopali Mechliniensi; hi archiepiscopi abbatiam in dotationem suae sedis obtinuerant. Cum in Mortuario quidam ex archiepiscopalis Mechliniensibus nominatur, dicuntur simpliciter: « administratores ».

Olim abbatia Affligemensis associata erat spiritualiter cum abbatibus S. Foillani Rodiensis (St. Feuillien de Rœulx) et Ninivensis (Ninove). Associationes illae paulatim in oblivionem devenerant. Anno 1681 quidem renovata fuit cum abbatia Ninivensi. Et anno 1732, occasione anniversarii quinquagesimi restitutae associationis, iterum solemniter proclamata. Et quidem ita ut singuli monachi et canonici utriusque abbatiae actum associationis subsignaverint. Eduntur in praesenti fasciculo, post Mortuarium ipsum, textus pacti initi inter Affligem et Ninove, anno Domini 1681. Quem textum (p. 43-45) editum hic referimus:

« In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Amen. Notum facimus tam praesentibus quam futuris quod nos Joannes (De Neve) Abbas Sanctorum Cornelii et Cypriani ordinis Praemonstratensis Ninoviae, et totum eiusdem Monasterii Canonikorum collegium, Deo inspirante, conspirantibus in foedus Confraternitatis cum Amplissimo Domino praeposito et Conventu Monasterii Sanctorum Petri et Pauli Affligemiensis, consentientes utrinque unanimiter in articulos sequentes:

1. Primo, ut infra octiduum ante festivitatem Sancti Patris nostri Augustini de XXVIII mensis Augusti, et Sanctorum Cornelii et Cypriani de XIV Septembris duo de nostro gremio mittantur Affligemium ad invitandum duos de nostris confratribus ad solemnitatem nostram, et vicissim faciant Domini Confratres nostri Affligemienses, instantibus festis Sancti Patris Benedicti de XXI Martii, et Sancti Lucae de XVIII octobris, ea conditione ut mittendi hinc inde, ante, et in festo, non ut extranei, sed ut Confratres ad commune Refectorium admittantur remota prae omnibus omni superfluitate. — 2. Secundo. Ut aliquoties in anno Superior Utrisque respective Communitatis, gratiose concedat licentiam duobus vel tribus simul de suis Religiosis relaxandi animi causa alteris ad alteros invisendi, idque ad eum finem ut hoc mutuae visitationis officio, velut flabello ignis charitatis accendatur magis, foveatur et crescat. — 3. Tertio. Ut enim quis alterutrius Monasterii Religiosus professus (ad quod imprimis devota nostra debet collimare intentio) peracto huius labilis vitae cursu, in Domino dormierit, Missa cantetur pro anima defuncti

conventualiter in die funeris, si fieri poterit, et tempus permiserit, alias sequenti non impedita aliquo festo. — 4. Quarto. Ut singulus (sic !) sacerdos, pro singulo Confratre defuncto tres missas legat ; non sacerdos, tertio communicet, et totidem vicibus officium defunctorum cum tribus lectionibus persolvat. — 5. Quinto. Ut Superior Monasterii in quo defunctus est frater, scribat ad alterius Monasterii nostrae Confraternitatis Superiorem, notificando diem obitus, et nomen fratris defuncti. — 6. Sexto. Ut ad exequias duo Religiosi sacerdotes hinc inde mittantur. — 7. Septimo. Si Superior fuerit, qui supremum suum diem clausit, ut minimum quatuor sua praesentia exequias cohonestent. — 8. Octavo. Ut nomen fratris, qui in Domino quieverit uti in sui, ita et in alterius monasterii obituario scribatur, fiat quotannis in anniversario eiusdem expressa commemoratio, et suffragiorum participatio...

Ut autem hic Contractus perpetuae firmitatis robur obtineat, atque ratus et inconvulsus ad posteros transeat, eundem tam omnium nostrum subsignatione quam mutua sigillorum appensione comuniendum duximus. Acta sunt haec in nostra Sanctorum Cornelii et Cypriani Abbatia Ninoviae, Anno Dominicae Incarnationis Millesimo sexcentesimo octuagesimo primo, die decima octava octobris Sancto Lucae Evangelistae sacra » (Sequuntur, ex parte Ninivensium, nomina Abbatis, Ferdinandi Van der Haghen, et 28 confratrum ; ex parte Affligemensium, nomina Praepositi, Aemiliani van Hoyvorts, et 32 monachorum).

Anno 1732, die 15 Octobris, contractus confraternitatis solemniter renovatus fuit « hac addita conditione, quod singulis annis uterque Conventus sit celebraturus Anniversarium cum Responsorio Libera pro defunctis Confratribus, nempe Affligemiensis die post festum Sancti Lucae non impedito, Ninoviensis autem alio die post dictum festum non impedito, vel alio die mensis Octobris non impedito prout superioribus visum fuerit et reciproce bini Confratres mittentur ad solemne Missae Sacrificium per hebdomadarium cantandum, cum pittance vini. — De post resolutum est, ut quisque utriusque Conventus sacerdos teneatur singulis annis Celebrare unam missam pro praedictis Confratribus defunctis, non sacerdotes facient prout in primario contractu articulo quarto. Intelligitur cum proportionem nempe ut semel legant officium Defunctorum cum tribus lectionibus et semel Communicent, hebdomarius autem satisfacit obligationi cantando summum sacrum. — Nota quod cum ob rationes Invitatio et visitatio Sancti Benedicti, de 21 Martii per supe-

riores translata sit et fixa pro festo Sanctorum Petri et Pauli die 29 Iunii. Haec invitatio futuris firmiter observabitur ».

Sequuntur nomina Ninivensium, Ferdinandi Van der Haghen, et 42 Confratrum ex una parte, et Affligemensium, Odonis De Craker, praepositi, et 26 monachorum.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

Le huitième centenaire de la mort du premier abbé d'Averbode.

L'année 1967 a ramené le huitième centenaire de la mort d'André, le premier abbé d'Averbode.

Venu, en compagnie d'autres chanoines, de l'abbaye de Saint-Michel d'Anvers, qui donna naissance au monastère campé sur l'une des collines, face à la vallée du Démer, André paraît, pour la première fois, que nous sachions, comme abbé de la nouvelle fondation, dans une bulle pontificale du pape Innocent II du 16 avril 1139. Son nom se retrouve, par la suite, dans d'autres chartes qui se succèdent jusqu'en 1167. Un document de cette dernière année, tout en notifiant une action passée sous sa prélature, ajoute qu'elle fut renouvelée et mise par écrit sous l'abbatit de son successeur, Steppon. Etant donné que le nécrologe conventuel, — transcrit vers 1247-1248, — marque l'obit d'André au 11 août, il doit être décédé à cette date en 1166 ou 1167. La mention, tracée de la première main, est rédigée comme suit : *Commemoratio... domini Andree, primi abbatis hujus ecclesie.*

Dans la marge du folio, une autre main, — à ne pas s'y tromper celle du prélat Gérard van der Schaeft (1501 - † 1532), — a ajouté l'épithaphe du défunt, en vers léonins :

SIDUS IN HOC CLARUM TUMULO JACET ECCLESIARUM
CENOBII PRIMUS PIUS ANDREAS PATER HUIJUS ¹⁾.

¹⁾ La bulle de 1139 est adressée *dilecto filio abbati Andree sancte Marie site in Erebodio*. A. Av., sect. I, chartier original, n° 4. — Le nombre de chartes, conservées en original ou en copie aux Archives de l'abbaye, depuis sa fondation jusqu'à la mort d'André, s'élève à vingt-quatre. Le nom de l'abbé paraît dans treize d'entre elles. L'acte d'oblation de sainteurs, délivré en 1167 en faveur de l'église du Mont-Saint-Jean, près Maaseik, — église donnée à Averbode en 1155 (A. Av., I, original au chartier n° 11), — porte deux formules de datation, la première relative à l'action : *Acta sunt hec tempore... et domni Andree, Aver-*